

u Genes. 12. 25.
 x Genes. 41. 1.
 y Exod. 1. 8.
 z 3. Reg. 11. 40.
 a 4. Reg. 23. 29. 33. Jer. 46. 2.
 b 4. Reg. 17. 4.
 c Jerem. 44. 30.
 d Herodot. 1. 2. c. 158. 159. 161.
 e Herodot. 1. 2. c. 141.

f Herod. 1. 2. c. 161.

Sinarum ve-
 tustas, & ori-
 go.

g Herodot. 1. 2. c. 102. &c.
 h Martini
 Martini Si-
 nica historia
 prefatio ad
 Lectorem.

fionem componere nobis ferè impossibi-
 le evaserit. Quis Ægypti Rex Saram su-
 stulerit (u); quis Josephum evexerit (x);
 quis denique Israelitas insecutus in Maris
 Rubro aquis interierit (y), proprio eorum
 nomine non cognovimus. Eorum quemlibet
 Scriptura Pharaonem, nempe Regem,
 tantummodò vocat: Sefac verò inter Ægy-
 pti Reges primum scimus, quem suo no-
 mine appeller (z). Nechao deinde (a)
 & Sua (b) seu Sue vel So, Ephraus (c)
 demum, seu Vaphres occurrunt. Sefac Ro-
 boamz etate, Nechao Josia Regis Juda;
 Sua Ofec Regis Israel; Ephraus Propheta
 Jeremiae, & Sedecia Regis Juda, in vi-
 vis agebant. Sefac idem fortè ac Sefon-
 chis; Nechao idem ac Nechos, seu Ne-
 chus, de quo Herodotus (d). Sua alius for-
 tè non est à Sabacone, seu Sethone; Ephraus
 denique Apriem scimus, quem Herodotus
 filium Pfammis, & Nechi nepotem ap-
 pellant (e).

Post Apriem, Amasim etiam & Pfamme-
 tichum legimus; quo postremo regnante,
 Cambyses Ægypto potitus est anno M. 3479.
 Imperarunt deinde Inarus, Achoris, Tu-
 chos, & Neclanebus, quem Artaxerxes re-
 gno expulit. Ochus præterea Rex Persidis
 anno M. 3654. undeviginti annis antequam
 Alexander Magnus totam Ægyptum in sui
 ditionem redigeret anno 3673. Ptolemei de-
 nique Alexandro succedentes, annis 293. in
 Ægypto imperarunt usque ad 3974. quo
 Cleopatra foemina celebratissima interit.

Herodotus Sesostridem laudat (f), ejus-
 que virtute plurimas Orientis Regiones sub-
 astas refert. Verùm doctissimi Chrono-
 logistæ, quo tempore floruerit, prorsus
 ignorant. Inter Africanum, Eusebium,
 Syncellum, Scalgerum, Usserium, P. Pez-
 rontium, cæterisque Chronologitas mi-
 nimè convenit. Alii Ægyptiorum Dyna-
 stias constringunt; alii præcitant; alii omni-
 nino rejiciunt. Quare incerta omnia: si
 verò certi quidquam constet, illud haurien-
 dum à Sacris Veteris Testamenti Scriptur-
 is, quæ Ægyptios à Cham Noe filio, &
 à Mezraim filio Cham egressos constituunt.

Sine etiam antiquitatem ostentant: ut
 verò ad Fohi, qui annis 2352. ante Chri-
 sti adventum imperabat, pervenerimus,
 nil nisi incertum & ambiguum, de ipsorum
 Sinarum sententiâ, occurrit. Eorum itaque
 Monarchia exordium anno M. 2048. ante
 Abraham vocationem 34. Quæ quidem an-
 tiquitas licet Hebræorum vetustate & hi-
 storis longè minor, præstantissima esset
 habenda, si de eâ omnino constaret. Plu-
 rima quidem Sinæ ostentant monumenta.

(g); eorum enim Historici, quidquid cu-
 jusque etate contingeret, mandabant li-
 teris, quin eis facultas ulla fieret, ut hi-
 storias à majoribus conscriptas vel censuræ
 subicerent, vel in dubium revocarent (h).
 Neque enim Scriptori sequenti tempore
 licet historiam priorem corrigere, vel in du-
 bium vocare; sed id munus habet, ut ex
 suis temporum suorum annales prioribus sub-
 stant.

Quin verò de iis judicemus, à quibus
 luculque Sinarum historias accepimus; sa-

tius fortè esset, in idioma Europæis cog-
 nitum Annales Sinicos convertere; eorum
 historias, & historicos expendere; nosque
 institui certiores de eorum etate, moribus,
 characteribus, & locis; unde eorum histo-
 riarum exemplaria fuere deprompta; qua
 viâ post tot sæcula ad nos pervenerint; qua
 denique cautione servata fuerint; quæ qui-
 dem omnia maximam hæc historiis fidem
 vindicarent. Opera quoque pretium esset,
 eorum stilum, methodum, & genium do-
 ceri, & eorum monumenta cum Hebræo-
 rum, Græcorum, Romanorum, & nostris
 historiis conferre. Fieri utique potest, ut
 Sinæ Scriptores suos, suamque antiquita-
 tem elaturi, eos, qui suas res sedulo in-
 dagabant, fortè deciperent. Sinæ verò re-
 centiores præ senioribus fortè nobis impon-
 unt.

Est tamen, à Fohi imperio Sinicæ hi-
 storiz genuinæ fuerint; quid ad nos no-
 stramque utilitatem? Sinarum regio & Re-
 ligio prorsus extræ, homines seipsis con-
 tenti, à societate alieni; vetustatem, inventa,
 scientias, & bona cætera, nisi quæ à
 suis regionibus, nihili faciunt; extero-
 rum commercium negligunt; & quod prop-
 riis non congruit moribus, contemnunt.
 Quis itaque populi & moribus, & loco,
 & religione à nobis longissimè distiti re-
 bus indagandis serid, & enixè incubuerit?
 Sinarum igitur monumenta Hebræorum hi-
 storis valde sunt posthabenda; etenim hæc
 & vetustate, & veritate, & utilitate
 illis præstant.

Præ Sinis nos afficiunt Phœnices, quod
 ad Hebræorum, & Græcorum etiam & La-
 tinorum historias propius referantur. Chana-
 nanorum nomine in Testamento Veteri
 eorum mentio. Chanaan, à quo Chanaanæ,
 patrem habuit Cham filium Noe; natus ve-
 rò est sive ante, sive paulò infra dilu-
 vium; satis enim jam tum adoleverat, cum
 Noe, postquam vineam plantaverat, nu-
 dum dormientem aspexit. Illud utique cre-
 di potest, quod Chanaan unà cum suis un-
 decim filijs Palestinam citissimè frequentave-
 rit, eoque se statim post Turris Babelicæ
 constructionem contulerit. Cùm Abra-
 ham in eas regiones perrexit, Chanaanæ
 jamdiu easdem incolebant, ante quos ne-
 minem ibidem moratum scimus.

Postquam Josue Palaestinâ potitus, Chana-
 næos plerosque inde exturbaverat; qui su-
 persuere, apud Prophanos Phœnices ap-
 pellati, in hujus regionis angulum secus
 Mediterraneum compulsi, agros colendos,
 & pascendos greges Hebræis relinquentes,
 navigationi & commercis se totos dedere.
 Hinc in omnibus ferè Mediterraneis In-
 sulis, & in Africa & Hispaniarum oris
 plurimæ Phœnicum Coloniae. Hinc etiam
 maximè eorum opulentia, & nomen apud
 Autores omnes Græcos æquè ac Latinos
 celeberrimum.

De Phœnicibus Homerus obiter cecinit,
 eos ingeniosos (i) vocat, Sidonem verò
 are prævritem appellat (k). Herodotus
 (l) Græcos inter & Barbaros primam dis-
 fidiorum causam Phœnices perhibet. Fi-
 liâ Regis Argorum à Phœnicibus raptâ, inju-
 riam

Phœnicum
 origines &
 historie.

i Homer. Iliad.
 23. v. 743.
 k Idem Odys.
 15. v. 424.
 l Herodot. 1. 2.
 c. 2.

m Herodot. 1. 2. c. 44.

n Comment. in
 Josue c. 19. 29.
 o Joseph. An-
 tiquit. 1. 8. c. 2.
 p. 259.

p Apud Joseph.
 contr. Apion.
 1. 1. pag. 1042.
 q Apud Joseph.
 contr. Apion.
 1. 1. pag. 1042.
 1043.

r Apud Euseb.
 Preparat. 1. 1.
 c. 1. 10.

s Menandrum
 Pergameum,
 quem Tatta-
 nus pag.
 171. & S.
 Clem. Alex-
 andr. citant,
 eundem esse
 suspicor ac
 Menandrum
 Ephesum à
 Josepho lau-
 datum.
 t Contr. Ap-
 pion. 1. 1. p.
 1042. 1043.

riam ulturi Græci Europam Filiam Regis
 Tyri surripuere. Ab aliis deinde Græcis
 Medea filia Regis Colchidis erepta, Paris
 tandem Priami filius Helenam Menelai La-
 cedæmonum Regis uxorem abstulit. Hinc
 Trojæ bellum in Historiis celeberrimum,
 quod quidem plurimas inexit calamitates,
 & illud dissidiorum semen Perfas inter &
 Græcos iniecit, quod plurimo utriusque
 populi sanguine diu viguit.

Meminit præterea Herodotus (m) cu-
 jusdam Templi, quod Tharsi quinque ante
 generationibus quàm Hercules Jovis &
 Alcmenæ filius nasceretur, Phœnices con-
 struxerant; seque Tyri vidisse subdit ve-
 tustissimum Herculis Fanum, quod 2300.
 ante annis unà cum Tyro conditum Tem-
 pli ejusdem Sacerdotes ostentabant. Annis
 circiter 480. ante Christum Herodotus flo-
 rebat; quare Tyrus 2780. ante Christum
 annis constructa fuisset, anno nempe ab
 orbe coadito 1220. ante diluivium annis
 400. Quo verò tempore ea Urbs condita
 fuerit (n), in nostris Commentariis in Josue
 dependentes, multò recentiores ostendi-
 mus. Josephus 240. annis antequam Salom-
 nis Templum exstrueretur conditum refert
 (o), circa nempe annum M. 2760. circa
 tempus constructæ Turris Babelicæ. Quæ
 omnia accipienda sunt de Tyro veteri in
 continenti sitâ diu ante constructâ, quàm no-
 va Tyrus in regione veteris in maris ru-
 pe construeretur.

Annales quosdam olim Phœnices asser-
 vabant, quorum fragmenta apud Josephum
 (p). Dius (q), Diodorus, Menander, alii-
 que Phœnicum historiam subtexuere. Hanc
 à Mundi exordio usque ad suam etatem
 Sanchoniatho à Porphyrio laudatus Phœni-
 cum lingua edidit, & Abibalo Berythi Re-
 gi inscripsit. Floruit is Author Semiramidis
 etate, juxta Porphyrium (r), suam-
 que historiam ex monumentis & hierogly-
 phicis Phœnicia & Ægypti Temporum
 inscriptionibus hausit. Jerombal etiam Sa-
 cerdotem Dei Jao consuluerat, non alium
 fortè ab Jerobaal, aliter Gedeone, Israelis
 Judice, qui Israelis Deo, quem Jao, seu
 Jeovaab appellabant, immolaverat. Philo
 deinde Biblius Adriani etate eandem hi-
 storiam Græcè reddidit. Hæc de Sanchoniathone Porphyrius.

Quod ad Dium & Menandrum spectat,
 de his paucissima scimus; eorumque Ope-
 ra, præter fragmenta quædam apud Au-
 thores, omnino periere. Menander Per-
 gami ortum duxerat. Ejus de Phœnicibus
 historiam Josephus fortè nescivit, quam
 tamen Tatianus, & S. Clemens Alexandri-
 nus allegarunt. Dium verò Josephus satis
 commendat, ejusque prolixius fragmen-
 tum, in quo de Salomone & de Hiram
 quædam recitat. Producit etiam (s) Me-
 nandrum Ephesum, qui ab Hiram usque
 ad Carthaginem à Didone conditam Ty-
 ri Reges enumerat (t). Tatianus denique
 Theodoti meminit, Hypsicratis, & Mo-
 chi, quorum de Phœnicibus historias Chæ-
 tus Græcè reddidit. Hæc verò singula,
 quod prorsus perierint, ac si nunquam exi-
 terint, reputamus; neque valida nobis de-
 Differt. Calmet Tom. II.

sunt argumenta, ut neque Sanchoniatho-
 nem, neque ejus scripta, quorum frag-
 menta è Porphyrio profert Eusebius, un-
 quam extitisse, & Porphyrium, apud quem
 Sanchoniathonis primùm mentio, nobis im-
 posuisse credamus.

Inter populos igitur, quorum quidem
 antiquitas generatim certò constat, historia
 verò monumentis destituta per oblivionem
 interit, Phœnices statim recensendos. Et
 reverà nisi Judæorum, & Christiano-
 rum Authorum Libri Religioni condu-
 centia quædam de Phœnicum historiis
 fragmenta servassent, vix eorum origi-
 nem, & veterum Historicorum nomina no-
 vissemus.

Ea est Græcorum Scriptorum frequentia,
 ut hujus Nationis antiquitates & historias
 difficultatum omnium immunes, atque cer-
 tæ præ cæteris auctoritatis habendas esse
 sibi quisque suadeat. Propius verò rem ex-
 pendentes, subobscura plurima, & manca
 deprehendimus; quod enim Græci Poësim
 nimium & fabulas amarint, vix ulla iisdem
 fides adhibetur. Vetustiores eorum Scri-
 ptiores Poëtæ (u), ea omnia quæ tradi-
 dere, ad quandam fabularum speciem ef-
 formarunt. Extraordinaria & mirifica, ve-
 ri & naturalis prætermisâ ratione, libenti-
 us Græci excipiebant; quo pravo genio
 cum sæculis plurimis laboraverint, id præ-
 stiterit, ut eorum vetus historia fabellis un-
 dique intexeretur; cum verò naturali me-
 thodo res gestas referre statuerunt, ante
 primam Olympiadem, omnia coacti sunt
 præterire, ut historias, quæ eandem conse-
 cuta sunt, recenserent.

Varro (x) Romanorum doctissimus
 tempora omnia in tres classes distribuit:
 primam à mundi initio usque ad Dilu-
 vium; secundam à Diluvio usque ad primam
 Olympiadem; ultimam ab Olympiadi-
 bus usque ad eam, qua ipse floruit, etate.
 Primam omnino nulli notam puta-
 bat; nec sanè Græci & Latini quidquam no-
 rant; secundam appellabat *fabulosam*, quod
 quæcumque Græci dixerant, commentis
 & fabellis infererint. Ab Olympiadi-
 bus igitur historias tantummodò excipiebant,
 à qua sanè etate Græcorum historiæ con-
 stanti, certiorique methodo cæptæ sunt
 institui.

Diodorus Siculus (y) fabellas & eventus,
 quæ Trojano bello prævisse ferebantur,
 sex Libris complexus, non nisi à Trojæ ex-
 pugnatione historiam suam reapse exordi-
 tur. Ephorus Cumæus ab Heraclidis in
 Peloponnesum regressu scriptis suis initium
 instituit. Julius Africanus ab Ogygis di-
 luvio annis 1020. ante primam Olympi-
 adem Chronologiam suam inchoavit. An-
 nis etiam 780. ante primam Olympiadem
 Cecrops Ægyptius Athenarum Regnum
 condidit, ut per vetus Chronographum Pa-
 rium, à Seldeno in Arundelianis marmo-
 ribus editum, constat.

Verùm hæc paucissimæ Epochæ, quæ
 ante Olympiades statuuntur, nil utique
 præstant, ut cæteris Græcorum historiis
 per fabulas & commenta vitiatas auctori-
 tatem adjungant. Ingentem e. g. Deq-
 V 7 ca-

Græcorum
 Historia &
 antiquitas.

u Strabo 1. 1.

x Varro apud
 Censorin. de
 die Natali c.
 21.

y Diodor. Si-
 cul. Biblior.
 1. 1. p. 4.

calionem imperante, alluvionem, quam Græci Diluvium appellarunt, contigisse scimus; ejus verò circumstantias quis nobis exhibeat? quis ea perspicue solvat, quæ de Phaetontis incendio, de Eridhonii ortu, de Europæ, & Proserpinæ raptu, de Cere, Apolline, Baccho, Minoe, Perseo, Cadmo, Castore, Polluce, Æsculapio, & Hercule referuntur? Neque Olympiadum initium satis constat. Eorum, qui in ludis Olympicis vicerint, nomina diu silentio pressa, & omnium primum Chorebum accepimus, qui Olympiade 27. victoriam retulit, nempe anno circiter 108. postquam eos ludos Iphitus instituerat; quos etiam Atreus in Patris suis Pelopis funere celebraverat, annis, juxta Vellejum, 346. antequam eosdem Iphitus institueret.

Quamvis Græcorum historiam ab Olympiadibus, seu etiam ab Ogygis diluvio, aut à Trojano bello hucusque certam fateamur, quò idcirco nos perventuros putamus? Trojæ expugnatio contigit, juxta nostram Chronologiam, circè annum. M.2820. eà circiter ætate, qua Jephthe Israelitas judicabat. Ogygis diluvium statuunt circè annum M.2208. diu post Abrahami interitum. Prima demum Olympias incidit in ann. M.2208. Periodi Julianæ 3938. annis octo post Jeroboam II. obitum, Zachariâ Israelis Rege, & Ozîâ Rege Judæ imperantibus. A quibus etiam ætatibus inter Græcorum historiam quot implicata, quot incerta occurrunt? A færis solummodo Judæorum Libris certam populorum, qui primò Græciam & Ioniam frequentarunt, originem accipimus. Moyses enim teste, ab Jovan à Ionios, Macedones à Cethim, Thraces à Thirâ, à Tharsi Cillices, Eleos ab Elisâ, à Madai Emathios; hos denique populos omnes ab Japhet egressos scimus.

Latinorum Historia minus remota antiquitatis.

Latinorum etiam historiæ ante Romam conditam incertæ, difficultatibus obnoxia, & fabulis, quæ profanam omnem antiquitatem vitiant, refertæ. Caci, Latini & Turni historias, Æneæ in Italiam adventum, Remi & Romuli ortum atque educationem inter ea recensemus, in quibus parum veritatis, fuci plurimum elucescit. Certum Romæ conditæ tempus, quo maximi ponderis epocha instituitur, ignoramus; primi enim hujus Urbis incolæ vel colendis agris, vel bellis gerendis omnino addicti, nil de Chronologicis, de literis, aut historiis cogitarunt. Nos Romam conditam statuimus anno Periodi Julianæ 3966. M.3256. imperante Ezechîâ Rege Judæ, cum Sardanapalus Assyriæ Rex Ninive ab Arbace & Beleso obsidione premeretur. Hæc verò singula prorsus recentia, si cum Orientalium, Hebræorum præsertim, antiquitatibus conferantur.

Gallorum & Germanorum antiquitatis nihil obscurius.

Gallorum, Germanorum, & populorum Septentrionalium antiquitates hic non expendimus, quòd hi minimè scripserint, neque ullum nobis de suis historiis monumentum unquam suffecerint. Quidquid de iisdem scimus, à Græcis, & à Romanis acceptum, utrosque verò earum historiarum minus peritos, nimirumque recentes duci-

mus, ut ea nobis impertiant, quæ in Gallis, vel in Germaniâ ab initio, cum Regna, seu Respublicæ conderentur, evenere. Scriptores, apud quos eorum mentio, veluti de populis diu antè constitutis meminerunt.

Americanorum origini investigandæ, postquam America detecta est, satis incubere Eruditi, quorum nonnulli eos vetustissimos autamarunt. De iis regionibus usurpatum est, quod perhibuit Aristoteles (2) de quadam desertâ Insulâ, ultrâ columnas Herculis, amplitudine eximîâ, ingentibus quarumlibet arborum sylvis frequenti, singulis fructuum generibus affluenti, magnis irrigatâ fluminibus, & à Gadibus plurimum dierum itinere disjunctâ. Primores Carthaginis Magistratus, cum Carthaginenses plurimos eò se conferre nonnullisq; inde minimè regredi comperissent, ne quis in posterum illuc pergeret, utque exemplo illic degentes reverterentur, capitali pœnâ sanxerunt; illud veriti ne alii populi, re perceptâ, in eadem Insulâ sibi sedem constituerent, & Carthaginis pacem, atque commercium everterent.

Apud Diodorum exactius aliquid (a). Phœnices nonnulli in eam Insulam, de qua is Author veluti amplissimâ, & terrestri quodam Paradiso loquitur, procellarum impetu adacti, cum deinde redissent, ejus pulchritudinem & opulentiam quammaximè prædicarunt; quare Tyrrenos (b) ejus desiderio captos eadem potiri, eoque Coloniam ducere conantes, prohibuerunt Carthaginenses, veriti, ne Carthaginensium plerique regionis ubertate illecti Patriâ decederent, sibiq; in eadem Insulâ domicilium constituerent. Eandem præterea veluti tutum periculum respiciebant, ubi ipsos vel improvisa obrueret calamitas, vel eorum in Africâ Respublica corrueret. Etenim cum mari potirentur, quò magis Regio cæteros latuisset, eò facilius futurum putabant, ut illuc se suasque familias reciperent.

Hæc apud Veteres. Sunt, qui singulâ fabellam reputent; sunt etiam, qui Insulas Fortunatas, ultrâ Herculis Columnas in Oceano constitutas, hic descriptas defendant. Verùm amplitudo, opulentia, navigiorum amnes patientes, montes, vasta nemora, locupletes ædes, amplæ Urbes, quæ, ut ajunt, in Insulâ, de qua Diodorus, & Aristoteles, occurrunt, illud satis ostendunt, vel quòd regionem ab Insulis Fortunatis aliam descripserint, vel quòd eas Insulas nonnisi subobscurè noscentes, rem nimirum amplificaverint. Ut ut fuerit; America sanè nobis omnino non patuit, nisi postquam sæculo decimoquinto ab Americo Vesputio, & Christophoro Colombo detecta est.

Quomodo homines eò pervenerint, ignoramus. Ipsos incolæ, seu quomodo, seu quo tempore illuc se contulerint, prorsus latet. In eas oras vel à maris procellâ, vel inopinato aliquo eventu fortè adacti fuere. Qui Americam Septentrionalem incolunt, à Norvegia; qui Jucatan, ab Æthiopiâ; qui Peruvium, à Sinis, & ab In-

Americana- rum gentium origines.

2 Aristot. de mirabilibus auditu.

2 Diodor. Sicul. l.5. p. 207. 208.

3 Incolæ Insularum Lemni & Imbri in Mari Egge; vel populi Etruriæ, nunc Tusciæ.

Indiâ; qui verò regiones ad meridiem usque ad Magellanicam, ab Oriente per terras Australes se fortè illuc contulere. Magnæ Tartariæ fines ad Septentrionalem Americam proximè accedunt, fortè etiam cum illâ continuantur.

c Historia Imperii Mexicani figuris expressa Paris. apud Andream Crædram Crædram moysi, 1703. Gallicè.

Mexici historiam (c), satis rudibus figuris expressam habemus, quæ 63. tabulis Mexicanorum gesta, politiam, mores, caeremonias, religionem, & proventus exhibet. Hispanus Mexici Praefectus hanc à Mexicanis unâ cum tabularum interpretatione vernaculo eorum sermone scriptâ accepit; quæ deinde Gallicè reddita, Mexicanorum historiam annum Christi 1324. non prætergredi; eo anno Mexici urbem fuisse conditam; & Montezunam eorum Regum postremum imperantem ostendit anno 1518. quo Cortesius Americam appulit. Quibus hieroglyphicis, seu rudibus picturis Mexicani ad scribendum utebantur. In Tabulis, quarum modò meminimus, per informes homunculos quibusdam distinctos notulis eorum Principes designantur, quorum Imperii anni per quendam quadratorum numerum, tabularum margini commendantur. Eorum denique victoriæ alius exhibentur characteribus, quos, nisi Interprete indicante, difficillimum sit divinare.

Cæteris Americæ populis nil præ Mexicanis compertum. Peruani de primâ suorum Regum, quos à Sole progenitos statuunt, origine plures fabellas venditant. Verumtamen primum eorum Regem imperare cœpisse constat circiter anno Christi 1125. quatuor antè sæculis, quàm Hispani Peruvium occuparent, anno nempe 1525. Ante hæc tempora apud hos populos nullus scripturæ usus, pro qua rudem aliquam, quemadmodum Mexicani, picturam adhibebant; quibusdam etiam utebantur funiculis, quorum colores & nodi id sermè præstabant, quod apud nos alphabeti literæ variè distribuitæ.

Postquam eos populos omnes, quorum historia veteres cœtoreque reputari potuissent, satis percurramus, iterum ad Israelitas, veluti ad veteris rerum originis & priorum hominum historiæ depositum custodientes, revertimur. Hebræorum antiquitas neque exaggerata est nimium, neque fabulis innectitur, neque futilibus innititur argumentis. Monumenta annos ter, mille & ducentos excedunt. Moyses primus Hebræorum Historiæ Scriptor primos, propè dixerim, Patriarchas agnovit. Ejus sanè ætate recens adhuc Turris Babelicæ, atque diluivii recordatio; nullogue negotio ea sciri poterant, quæ diluvio præverant. Moyses præterea, Scripturâ teste, omni Ægyptiorum pollebat sapientiâ (d); veram ea propter eorum originem, & historiam callebat. Protulit itaque, quæ certa in eorum libris nactus est; quæ verò falsa & commentitia, vera narrando improbovit.

Moyses Progenitores à Chaldaâ & Mesopotamiâ egressi, earum regionum historias utique noverant, à quibus Moyses eandem accepit. Berosi de primis annis

historia cum Hebræorum Scripturis, Josepho teste (e), apprime coherebat; qui profecò consensus Berosi historiæ veritatem quammaximè probat. Herodotus historiarum Pater meritò appellatus (f), de iis, quæ per se ipsum nosse poterat, cum Scripturâ prorsus convenit. Tum verò tantummodo deceptus est, cum fabulis aliorum sermonibus fidem adhibuit; e. g. cum ea profert, quæ didicerat à Sacerdotibus Ægyptiis, qui ejus credulitate abutentes, in rem suam & gloriam plurima convertebant.

Cum Græci vel suam vel aliorum antiquitatem elaturi, se terræ (g), vel ejusdem, quam incolunt, regionis filios ostendant, atque eò aliunde non commigrasse defendunt, dum propriæ originis novitatem occultant, suam perspicue insensitam produunt. Ab uno homine ceteri egressi sunt (h); qui verò ab eodem se non progenitos putant, unde orti fuerint, se ignorare demonstrant. Populi certò veteres, & loco, quem primi homines incoluerunt, proximi minime studuerunt, ut se, quemadmodum Athenienses, à patriâ tellure genitos ostentarent. Hi profecò nunquam visi sunt barbaram vitam traducere, aut post diuturna tantum tempora urbibus construendis, historiis scribendis, faciendis legibus, colendis moribus, & instituenda Religioni incumbere. In Chaldaâ, Assyriâ, & Ægypto architectura, Religio, & Leges conditæ in Græciam deinde, & in regiones cæteras commigrarunt. Celeberrimarum nationum origo, & traditionum fons in Oriente investiganda. Si Veteres nonnulli, quemadmodum Scythæ, & quidam Africae populi, barbaram & incultam vitam traduxerunt, vel referendum in eorum regiones, quæ sterilitate squallentes eos prohibere, quominus diu alicubi degentes, artes ingenuas excolerent, & politiam instituerent; vel vage eorum vitæ adscribendum, à qua, quod initio amplexi essent, discedere detredarint.

Cæteri verò minoris antiquitatis populi, & à primis hominibus remotiores, cum primum ad regionem aliquam incultam pervenerant, curabant illic, ut tellurem colerent, utque à frigore, ab æstu, ab aeris inclementiâ, & à feris sylvestribus sibi consulerent. Si in iis regionibus homines alii jam versarentur, bellis profusa additi, quomodo hostes invaderent, vel eorum improviolos impetus repellerent, unice studebant; quare terroribus undique, capris, atque calamitatibus circumfessi, otio caruerunt, ut de scribendis historiis sedulo cogitarent. Quò magis absunt Provinciæ ab iis regionibus, quas veluti centrum ducimus, unde ceteri egressi sunt homines, populi eò rudes occurrunt atque hebetiores. Septentrionales regiones, Germaniam, Gallias, ipsam quoque Italiam cultu regimine atque politia; scribendique consuetudine, & ingenuis artibus diu destitutam novimus, quorum & religio barbarâ atque informis, mores asperi, & stupidi, excolendi animi negligentia summa.

e Joseph. l.1. contr. Apion. p.1044. f Tullius l.1. de Legibus.

g Euripid. Strabo l.8. ex Thucidid. Iphocrat. Panegyri. alii.

h Ab. 17. 26. Fecit ex uno omne genus hominum inhabitare universam faciem terræ.

d Ab. 7. 22.